



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Formvlae Qvaedam Cavte Et Citra Scandalum loquendi de
præcipuis Christianæ doctrinæ locis**

Rhegius, Urbanus

Bonnae, 1544

VD16 R 1801

10 Magistratus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35397

machen / das man wolte vogelfrey / vñ
niemands vnterworffen sein.

In carne possumus esse serui omnium, omnibus subiici, & simul in Spiritu esse liberi, non à debitibus & seruitute ciui li, sed à peccato, morte & inferno, ut iā peccatū & Satan nobis nō dominetur, sicut antea cum essemus sub tyrannide diaboli, & nondum essemus in Christi gratiam & regnum recepti. Ita Apostolus Rom. VI. Peccatum uobis non dominabitur, nō enim estis sub Lege, sed sub gratia. Et Ioan. cap. VIII. Si uos filius liberauerit, uere liberi estis.

Q V O M O D O C A V T E
de Magistratu loquendum.

M agistratus nō est Tyrannis aut uiolentia, sed legitima potestas à Deo data nobis in bonum.

Omnes leges & constitutiones Magistratuū, Christiani diligēter seruare debent,

debent, nisi sint impiæ, quæ peccatum
præcipiant. Tunc enim oportet magis
obedire Deo, quam hominibus, Acto,
XV. Et illæ Magistratum cōstitutio-
nes non debent haberi pro purè huma-
nis traditionibus, quia habent uim suā
obligādi immediate à uerbo Dei. I. Pe-
tri. II. Subditi estote cuiuis humanæ cre-
aturæ, id est, ordinationi, propter Do-
minum, siue Regi, tanquam præellen-
ti, siue præsidibus, ut qui per eum mit-
tantur, ad uindictam quidem nocen-
tium, laudem uero recte agentiū, quo-
niam sicut est uoluntas Dei, ut benefaciē-
do obturetis os omnibus hominibus
ignorantibus, Tanquam liberi, & nō ue-
luti prætextum habentes malitiæ liber-
tatem, sed tanquam serui Dei.

Vulgus hominū ex temeraria per-
suasione didicit cōtemnere Magistra-
tum, quare diligenter & sæpe populo in-
culcanda

culcanda sunt hęc Apostoli uerba Ro-
ma. XIII. Omnis anima potestatibus,
quę præsunt, subdita sit. Non est enim
potestas nisi à Deo, qui potestati resi-
stit, Dei ordinationi resistit, qui restite-
rint, sibiipsis iudicium accipient. Ma-
gistratus est minister Dei, ultor ad irā
ei, qui quod malū est fecerit. Quapro-
pter oportet esse subditos, non solum
propter iram, sed etiam propter consci-
entiam. Sæpe doceatur, q̄ egregia ope-
ra sint, & Deo gratissima, pie gerere Ma-
gistratum, & Magistratui libenter &
prompte obedire.

Q V O M O D O C A V T E
tractandus sit locus Isaiæ trigesi-
moquarto: Dabo uniuer-
sos filios tuos doctos
à Domino.

Non temere locum hunc produ-
cimus, Nam ab imperitis iacta-
tur,